



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Guillelmi Postelli De Repvblica

Postel, Guillaume

Lvgdvni Batavorvm, 1635

Cap. XXVII. De apparitoribus, & illis quos Græci εισαγωγεις dicunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65533)

possum hic non admirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curiis sexcentos nebulones fescuncialibus literis libellos ita augentes lucri gratia, ut quod decem, aut duodecim versus vix impleat, in integrum quaternionem transeat, & extendatur: tamen quum videam leges contra illatos latas à nemine magistratum habente curari ut observentur, vereor ut stipendium quod alioqui consularium virorum advocatorum, & procuratorum servis daretur, inde sarciri facile omnes velint, patianturque. itaque alio progredior.

CAP. XXVII.

*De apparitoribus, & illis quos
Græci ἐπιταγῶν εἰσὶν dicunt.*

NISI maior dignitas, & magistratuum numerus me ordinem

dinem institutum servare coëgisset, & quod non litium ordine, sed locorum, & observationis ratione scribere ab initio visum est, erant hi magistratus, aut munera potius in ipso operis exordio adscribenda, ut quorum alterum in ius vocante adversario venire recusantem compelleret, *ἑισαγωγός* vero singulis mensibus libellos, & nomina litigantium in diario adscripta senatui offerret, nomenque ederet. qua in re mihi videtur non esse absimile munus illorum quos ostiarios, & audientarios vulgo dicimus. Primi officii homines, servientes vulgo dictos plures quam par sit habemus, tamen sine illorum significatione in Gallia neminem in ius vocare licet, nisi citatione sacris initiatum. unde *κλητέραν* Græci in ius vocare dicunt, ducta *ἀπὸ τῶν κλητήρων*, id est, ab apparitoribus voce, ut item hi *ἐκ τῆς καλῆς*, à
 vocan-

204 DE REPUBLICA
vocando scilicet dicti sunt. Ver-
bum κλητέων præterea signifi-
cat, testes adversum me audio:
quod Aristophanes in Nebulis
significat.

Τῶν ἐμῶν γ' ἕνεκα υἱὸν χρη-
μάτων

ἔλκω σε κλητέοντα.

*Mearum certe pecuniarum gra-
tia traham te in ius, testes adver-
sum te auditurum.*

CAP. XXVIII.

Πεὶ κλητέων, quos colonis
ducendis præfectos dice-
re possumus.

RA T I O (ut sum proxime
præfatus) dignitatis magi-
stratum, aut, si illa deesset, ma-
ior numerus, me coëgit cum ser-
vare ordinẽ qui in operis discursu
visus est: verum promiscue ut
plura